

“Ignis, lux, lumenque purum habitat in cœlo.”

Cœlo in quam eo quod supra ætherem est primus, ut dicebat ignis. Deinde:

Πῦρ αἰθὴρ, φλοξ, φῶς.

“Ignis, æther, flamma, lux, lumen.”

Præponens semper ignem primum illum, empyreum. A quo, ut a corpore diviniore, corpora æther, flamma, lux, et lumen corporeum dicit originem. Et a quo stellæ, Sol Planetæ, luces suas habent, luminaque nobis largiuntur, et illuc unde hauserunt a principio, refundunt. Sed ante Græcum Parmenidem, dogmata hæc in oraculis fuere Zoroastri, primi totius humanæ sapientiæ, vel repertoris, vel doctoris.

Is oraculo quodam suo cecinit.

Καὶ γαρ τίς πυρὸς ὄγκος ἔην ἔτερος, τὰ δὲ πάντα.  
Αὐτουργῶν, ἵνα σῶμα τὸ κοσμικὸν ἐκτολυπευθῆ.

“Namque ignis moles erat altera. Ista omnia.  
Per se efficiens, ut corpus mundanum perficeretur.”

In quo satis aperte dixit, aliam ignis ab æthere esse molem, a qua, et æther, et astra, et aer, et aqua, et terra efficerentur et perficerentur. Hanc molem, eandem alio loco proprio nomine mundum Empyreum appellat in hæc verba:

Πηγαῖον ἄλλον δὲ τὸν ἐμπύριον κόσμον ὄγει.

“Fontanum alium, qui Empyreum mundum agit.”

Alio quoque ignem eundem nominavit.

Αρδην εμπυχοῦσα, φαος, πῦρ, ἀιθέρα κοσμους.

“Abunde animans, lucem, ignem, æthera, mundos.”

Hoc oraculum Proclus, qui omnia ea vidit, et quæ in tanta habuit admiratione, ut θεοδοτα, et θεοπαράδοτα, a Deo data, et a Deo tradita appellaverit, referente Simplicio, in hunc modum exposuit, sed afferam eius verba, quæ ab interpretibus, cum non intelligerentur, sunt versa perperam:

Δύο νοήσωμεν σφαιρας ας, τὴν μὲν φωτὸς ἐν δι, τὴν δ' ἐκ πολλῶν σωμάτων, ἵσας ἀλλήλαις κατὰ τὸν ὄγκον. Άλλὰ τὴν μέν ἔδρασον ὁμοῦ τῷ κέντρῳ. τὴν δ' ἐμβιβάσας ἐίς τάντην, ὅλον τε ὅψει τὸν κόσμον ἐν τόπῳ, ἐν τῷ ἀκινή τῳ φωτὶ κινούμενον, καὶ τοῦτον καθ' ὅλον μὲν εᾶντον ἀκίνητον, ἵνα μιμεῖται τὸν τόπον κατὰ μέρος δε κινουμενον, ἵνα τάντῃ ἔλαπον ἔχει τοῦ τόπου. Καὶ ἀπὸ τῶν λογίων δέ τῶν Χαλδαιοις ἐκδοθέντων τὰ περὶ τῆς πηγαίας ψυχῆς ειρημένα. Αρδὴν ἐμψυχοῦσα φάος, πῦρ, ἀιθέρα, κόσμους, τοῦτο γαρ εἶναι τὸ φῶς τὸ ὑπερ τὸ ἐμπύριον, μονὰς δὲν πρὸ τριάδος τῆς τοῦ ἐμπυρίου καὶ αἰθερίου, καὶ ύλαιου.

“Duas mente concipiamus sphæras, alteram luminis unius, alteram ex corporibus multis; æquales adinvicem mole. Sed alteram colloca insimul cum centro, alteram in eam indens,